
Hymn. 1.
Hic genuflectitur.
A-ve ma-ris stella, De-i Ma-ter alma, At-
que semper Virgo, Fe-lix cae-li porta. 2. Sumens illud
Ave Gabri-é-lis o-re, Funda nos in pa-ce, Mu-tans
Hevae nomen. 3. Solve vincla re-is, Pro-fer lumen cae-
cis : Ma-la nostra pelle, Bona cuncta posce. 4. Monstra
te esse matrem : Sumat per te pre-ces, Qui pro no-bis na-
tus, Tu-lit esse tu-us. 5. Virgo singu-lá-ris, Inter o-
mnes mi-tis, Nos culpis so-lú-tos, Mi-tes fac et castos.
6. Vi-tam praesta pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum : Ut vi-déntes
Je-sum, Semper collaetémur. 7. Sit laus De-o Patri,
Summo Christo de-cus, Spi-rí-tu-i Sancto, Tri-bus honor
unus. A-men.